Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1163
Quelle:
Copyright:

ſter) *Wienne ad ſanctum Michaelem. Anno d. M°. CCC°. LXXV. in die Gregorii. Finite recte in pulſu campane quē vocatur piratarum cum horologium ſignaret duas horas in nomine chriſti.* Horas noctis intelligo, et Campanam jocularitер *Piratarum* dictam *die Bierglocke*, qua nempe ſub noctem ſignum dabatur claudendis Tabernis cereviſiariis.

II. *fol.* 140. ἀδεσποτως Tractatus myſticus de Contemplatione in *Articulos* diviſus, quorum IV. abrumpitur. Singuli ordiuntur ab illo *Threnor.* c. 3. *Sedebit ſolitarius et tacebit* &c. et I. quidem ita proſequitur: *In hoc verbo notatur Anime contemplatiue perfectio que ſerenata ſedens in ſuis actionibus* &c. Sub finem II. citatus *Radulfus Flaviac. in Leviticum* probat Opuſculum poſterius eſſe Sec. XII.

III. *fol.* 142. *Incipiunt ſententie Proſperi in libros beatiſſimi auguſtini epiſcopi et doctoris eximij. C. 1. De vera innocentia. Innocentia vera eſt, que nec ſibi nec alteri nocet* &c. Ut edit. *Opp. Proſperi Aquit. Pariſ.* 1711. *col.* 543. f. Varietatem lectionis, quam offert Codex, paene omnem jam Editio mox dicta in Notis adtulit. Ad calcem: *Anno Domini 1374. finite ſunt ſententie prescripte. In vigilia ſancti Martini.*

IV. *fol.* 151. ut e calce adſumo: *Poſtilla fratris Nycolai de lira ſuper Job ſacre theologie Doctoris.* Initium: *Patientiam habe in me et omnia reddam tibi* &c. ut v. g. in *Bibliis gloſſatis* edit. *Lugd.* 1545. T. III. *fol.* 5. f. Finita dicitur *Anno Domini 1374. in die ſancte Lucie fere hora 6ª ſole exiſtente in*, et nihil ultra.

CCCCLXXV.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 178. f. per duas columnas nitidiſſime exaratus, coloribus ſpecioſus, et quondam *Monaſterii Garſtenſis* O. S. B. in ſuper. *Auſtria* aliud eſt *Sententiarum Petri Lombardi* Exemplar integrum, niſi, quod ſolus *Liber* I. Elenchum *Diſtinctionum* praevium habeat, cui etiam minio praeſcriptum eſt: R. 3285

In numero cleri quisquis uult promptus haberi,
Eſt opus, ut ſcriptis iugiter meditetur in iſtis.

CCCCLXXVI.

U. 282 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 376. f. per duas columnas charactere luculento, atro ſcriptus, rubricis diſtinctus in theca anteriore hanc Notam praefert: *Iſte liber fuit domini Tyboldi capellani in Chrems. Hunc emi ab eodem ego Stephanus de Egemburga.* Canonicus is fuit *Vienn.* et a. 1433. totam Academiam rexit. Inſunt vero Codici *Petri Lombardi Libri IV. Sententiarum* incipientes a prologo: *Cupientes aliquid de penuria* &c. quem excipit Index *Diſtinctionum* et *Capitum Libri* I. et ſic reliqui etiam

Libri